Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

XXII. De Episcopis haereticis qui Antiochiae ordinati sunt post discessum beati Eustathii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

A νομον δέξαντες κωλυόντων, πρὸς βασιλέα τὴν ταχίστην τὸ δρᾶμα συντεθεικότες ἀπῆλθον. καὶ πείσαντες αὐτὸν ὡς ἀληθὴς ἡ γραφὴ, καὶ δικαία τῆς καθαιρέσεως ἡ ψῆφος, ὡς μοιχὸν ὁμοῦ καὶ τύραννον ἐξελαθῆναι παρασκευάζουσι τὸν τῆς εὐσεβείας καὶ σωφροσύνης ἀγωνιστήν. καὶ ἐκεῖνος μὲν διὰ τῆς Θρᾴκης εἰς ἰλλυρικὴν πόλιν ἀπήχθη.

A rant, confeſtim ad Imperatorem perrexerunt. Cui cùm perſuaſiſſent, verum illud crimen & æquam eſſe depoſitionis ſententiam, effecerunt ut pietatis & caſtitatis athleta, tanquam adulter ſimul & tyrannus, in exilium mitteretur. Atq; is quidem per Thraciam abductus eſt in urbem quandam Illyrici.

Κεφ. κβʹ.

Περὶ τῶν μετὰ τὴν ἔξοδον τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου, καταστάντων ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπισκόπων αἱρετικῶν.

Οὗτοι δὲ πρῶτον μὲν ἀντ᾽ αὐτοῦ χειροτονοῦσιν Εὐλάλιον. τούτου δὲ ὀλίγον ἐπιβιώ- B σαντος χρόνον, Εὐσέβιον μεταθεῖναι τὸν Παλαιστινὸν ἠθέλησαν. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἐξέφυγε τὴν μετάθεσιν, καὶ βασιλεὺς διεκώλυσεν, Εὐφρόνιον προεβάλοντο. καὶ τούτου δὲ τελευτήσαντος, ἐνιαυτὸν γὰρ καὶ μῆνας ὀλίγους μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐβίω, Πλακεντίῳ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης τὴν προεδρείαν παρέδοσαν. πάντες δὲ ὁμοίως τὴν Ἀρείου λώβην εἶχον ἐγκεκρυμμένην. διά τοι τοῦτο πλεῖστοι τῶν εὐσεβεῖν προαιρουμένων, καὶ τῶν ἱερωμένων, καὶ τῶν πολλῶν, τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς καταλελοιπότες συλλόγους, πρὸς ἑαυτοὺς συνηθροίζοντο. Εὐσταθιανοὺς δὲ τού- C τους ὠνόμαζον ἅπαντες, ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἔξοδον τὴν ἐκείνου συνέστησαν. τὸ μέντοι τρισάθλιον ἐκεῖνο γύναιον, νόσῳ χαλεπωτάτῃ τε καὶ μακροτάτῃ περιπεσὸν, ἐξέφηνε τὴν ἐπιβουλὴν καὶ τὴν τραγῳδίαν ἐγύμνωσεν, οὐ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ παμπόλλους τῶν ἱερέων τὰ τυρευθέντα διδάξασα. ἔφη γὰρ ἐπὶ χρήμασι τὴν συκοφαντίαν ἐκείνην τετολμηκέναι· καὶ τὸν μέντοι ὅρκον μὴ πάμπαν εἶναι ψευδῆ. Εὐσταθίου γάρ τινος χαλκέως γεγεννῆσθαι τὸ βρέφος. ταῦτα μὲν οὖν ἐν Ἀντιοχείᾳ παρὰ τῆς βελτίστης ἐτολμήθη συμμορίας. D

Cap. XXII.

De Epiſcopis hæreticis qui Antiochiæ ordinati ſunt poſt diſceſſum beati Euſtathii.

At illi, primùm quidem Euſtathii loco Eulalium ordinarunt. Qui cùm exiguo admodum tempore ſupervixiſſet, ipſi quidem Euſebium Palæſtinum eo transferre conati ſunt. Sed cùm & is tranſlationem hanc recuſaſſet, & Imperator eam fieri prohibuiſſet, Euphronium elegerunt. Quo non multo poſt mortuo: anno enim & menſibus paucis poſt ordinationem ſuperſtes vixit: Eccleſiæ illius Epiſcopatum Flaccillo tradiderunt. Porro hi omnes Ariani dogmatis labem in animis ſuis occultam habuerunt. Atque idcirco multi, tum ex clericis, tum ex plebe, quibus religio cordi erat, conventus Eccleſiaſticos declinantes, ſeorſum collectas agebant. Qui vulgo ab omnibus Euſtathiani dicebantur, eo quod poſt diſceſſum Euſtathii coire in unum cœpiſſent. Cæterum miſera illa muliercula cùm in graviſſimum ac diuturnum morbum incidiſſet, inſidias detexit & ſcenam omnem aperuit: non duobus tribusve, ſed plurimis ſacerdotibus indicans ea quæ per fraudem fuerant concinnata. Faſſa eſt enim, ſe mercede conductam, Euſtathio eam calumniam imponere auſam fuiſſe: nec tamen prorſus falſum eſſe jusjurandum ſuum. Euſtathium enim quendam fabrum ærarium, infantis patrem fuiſſe. Et hæc quidem Antiochiæ ab egregia illa factione perpetrata ſunt.

Κεφ. κγʹ.

Περὶ τῆς Ἰνδῶν πίστεως.

Παρὰ δὲ Ἰνδοῖς κατὰ τοῦτον ἀνέτειλε τὸν χρόνον τῆς θεογνωσίας τὸ φῶς. τῆς γὰρ τοῦ βασιλέως ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας πανταχοῦ θρυλλουμένης, καὶ τῶν ἐν κύκλῳ βαρβάρων τὴν εἰρήνην αἱρεῖσθαι πρὸ τοῦ πολέμου τῇ πείρᾳ μεμα-

Cap. XXIII.

De Indorum fide.

Apud Indos vero iiſdem temporibus Divinæ cognitionis lux primum fulgere cœpit. Nam cùm Imperatoris fortitudo ac pietas omniũ ubiq; ſermonibus celebraretur, & cuncti circumquaque Barbari experimento ipſo edocti, pacem bello anteponerent,